Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



DAN

que digesta est. Mane: tecel: phares
et ipsi interpretatio sermonis. Sane enu
meravit deus regnum tuum. et com
plevit illud: tecel: appensum est. ista
vero: in mente est numeratus ipsi: pha
res: dividitur est regnum tuum. et datum
est medis. et persis. Tunc iussit rege
mandavit et danielem purpura. et circum
data est torques aurea collo eius: et p
dicatum est de eo quod ipse potestatem
tertius in regno. Eadem nocte interfe
ctus est balthasar rex chaldeus: et da
rius medus suscepit in regnum.
annos natus sexaginta duos. Capl. vi.

Placuit dario et statuit super
regnum satrapas centum viginti ut essent
in toto regno suo. et super eos principes tres: quorum da
niel unus erat: ut satrape illi redderent rationem: et rex non sustineret
molestiam. Ipse autem daniel superabat
omnes principes et satrapas: quia
spiritus erat amplior erat in eo. Porro rex
cogitabat eum statuere super omne
regnum. Unde principes et satrape quere
bant occasionem ut invenirent: dani
elem ex lege regis: nullam causam et sus
picionem invenire potuerunt: eo quod fi
delis esset. et omnis culpa et suspicio non
inventa est in eo. Dixerunt ergo viri illi.
Non inveniemus danielem hunc aliquam
occasionem: nisi forte in lege dei sui. Tu
principes et satrape surrexerunt regi:
et sic locuti sunt ei. Dari rex in eternum
vive. Consilium inierunt omnes pri
cipes regni. magistratus et satrape se
niores et iudices: ut decretum imperatorium
exeat et edictum. ut omnis qui pen
erit aliquam petitionem a quocumque deo
et ne hominem usque ad dies xxx. nisi a te rex. mittatur in lacum leonum. Nunc
igitur rex firma scriptura et scribe decretum.
ut non immutetur quod statutum est a me
dis atque persis: nec prevaricari cuique
liceat. Porro rex darius apposuit
edictum et statuit. Od cum daniel
cognovisset scriptam legem: ingressus
est domum suam. et fenestris apertis
in cenaculo suo contra hierusalem tribus
temporibus in die flectebat genua sua. et
adorabat confitebatque coram deo suo:
sicut et ante facere consueverat. Unde
illi curiosius inquirentes. invenerunt
danielem orantem et obsecrantem deum suum. Et accedentes lo
cuti sunt regi super edicto. Rex nunquid
non statuisti ut omnis homo qui
rogaverit quicquam de diis et hominibus
usque ad dies xxx. nisi te rex. mitta
tur in lacum leonum. Ad quos respon
dit rex. atque verus sermo iuxta decretum
medorum atque persarum. quod prevaricari non
licet. Tunc respondentes dixerunt coram
rege. Daniel de filiis captivitatis
iudee non curavit de lege tua et de
decreto quod statuisti: sed tribus temporibus per
diem orat obsecratione sua. Quibus
cum audisset rex satis contristatus
est: et pro daniele posuit cor ut liberaret eum. et usque ad occasum solis la
borabat ut eriperet illum. Viri autem
illi intelligentes regem dixerunt illi.
Scito rex quia lex medorum et persarum. ut omne decretum quod statuerit rex
non liceat immutari. Tunc rex precepit
et adduxerunt danielem. et miserunt
eum in lacum leonum. Dixitque rex
daniel: Deus tuus quem colis semper.
ipse te liberet. Allatusque est lapis unus.
et positus super os lacus: quem obsignavit rex anulo suo. et anulo optima
tum suorum: ne quid fieret contra daniel
em. Et abiit rex in domum suam.
et dormivit in cenaculis. ebriusque non